

talemque legatum nobis delegastis, per quem salutem et dileccionem vestram et ¹ omnium principum imperii vestri nobis demandastis, pro qua ² sola salute vobis mille salutes remandavimus, et quia vos diligimus et honori vestro bene cupimus, et ³ pro mutua dileccione, qua indissolubiliter vobis astricti tenemur, omnes barones et regni nostri ⁴ optimates vos et vestros diligunt. Inter cetera ⁵ scire debetis, quod quidam Ianuenses, qui predictum Albericum legatum vestrum comitabantur ⁶, non legatum vestrum set cancellarii vestri ⁷ asserebant, multa mala de vobis ⁸ predicantes. Qua re in dubitationem versi propositum nostrum et legati voluntatem adimplere distulimus. Verum tamen ob hoc nullatenus pretermittere ⁹ volumus, quin huius rei veritatem vellemus investigare ¹⁰. Inde ¹¹ quoque fidelem ¹² nostrum sapientem quidem et multitudine legum butair esmair imbutum ad vos transmittimus, quem Deus conducat. Rogamus ergo benignitatem vestram, ut eum, sicut decet excellenciam vestram, honoretis, scientes, quia ¹³ qui honorat legatum honorat et dominum. Ceterum si placuerit vobis cum predicto legato ¹⁴ vestrum legatum cum litteris vestris nobis transmittere ¹⁵, nos tocius negotii seriem statim, ut veritatem et certitudinem inde ¹⁶ cognoverimus, iuxta honorem vestrum et voluntatem vestram ad effectum perducemus et, sicut superius diximus, corda nostra semper coniuncta erunt, quamvis longa terrarum spacia corpora ¹⁷ nostra separata teneant. Data Babilonie ¹⁸ medio mensis Aprilis.

II.

Imperatori Frederico rex Francie. Peccatorum perflante procella, quibus humanum genus a sui redemptoris mandatis devium est, gravatum fletus et meroris miserabile tempus advenit, quod celestis iudicium regis obsequium peccantis populi non acceptans sui furoris flagellum retorsit alter in eundem, quod nos obprobrium plebis facti et in adversitatum profundo dimersi erigimur lacrimabiliter nunciare. Cum enim ad liberandam sanctam terram Ierusalem preciosissimi ¹⁹ Nazareni divini nominis et terram ²⁰ fidei christiane ignominiose premere non abhorrentes ²¹ cum viribus regni nostri perrexerimus viri-

1) B. omitt. 2) B. 'vobis salute sola et omnibus principibus vestris mille — remandamus'. 3) B. omitt. 4) B. 'vestri'. 5) B. 'scilicet debetis quia quidam Ianuensis'. 6) B. 'comitaba(tur)'. 7) B. 'cancellarium vestrum'. 8) B. 'de vobis multa mala'. 9) B. 'premittere nullatenus'. 10) V. 'investigare vellem'. 11) B. 'est quod'. 12) B. 'legatum vestrum arcarium quidem sapienciam et pulchritudinem legis butair esmair videlicet et ad vos ipsum transmittimus'. 13) B. omitt. 14) B. 'nostro'. 15) B. 'transmittatis'. 16) B. omitt. 17) B. 'personas nostras separatas'. 18) B. 'in'. 19) Cod. 'preciosissimo'. 20) Cod. 'terrorem'. 21) Cod. 'abhorret'; es fehlt wohl 'impugnandos'.